in omneſ genteſ. Et hier̄lm calcabitur
a gentibuſ. donec impleantur tẽpora nati
onum.

Lc cclvii
ii mt cclviii
mr cl

Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtelliſ. &
in terriſ preſſura gentium. p̄ confuſione
ſonituſ mariſ & fluctuum; areſcentibuſ
hominibuſ p̄ timore & expectatione. quę
ſuꝑ uenient uniuerſo orbi. Nam uirtuteſ
celoꝝ mouebuntur.

Lc cclviii
ii mt cclviiii
mr cli

Et tunc uidebunt filium hominiſ uenientẽ
in nube. cum poteſtate magna & maieſtate.
Hiſ autem fieri incipientibuſ. reſpicite
& leuate capita ur̃a. quõ appropinquat
redẽptio ur̃a. Et dixit illiſ ſimilitudinẽ
Videte ficulneã & omneſ arboreſ. cũ pro
ducunt iam ex ſe fructũ. ſcitiſ quõ prope
eſt aeſtaſ. Ita & uoſ cum uideritiſ hęc fieri.

scitote quo̅ppe est regnum di̅· Amen dico
uobis. quia non preteribit generatio haec·
donec om̅a fiant. Caelum & terra transi·
bunt. uerba autem mea non transibunt·

lc ccLviii
x
sol

Attendite autem uobis. ne forte grauentur
corda u(est)ra in crapula· & ebrietate, & curis
huius uitae. & sup̅ ueniat in uos repenti
na dies illa· Tamquam laqueus eni̅ super
ueniet in omnes. qui sedent sup̅ faciem
omnis terrae· Vigilate itaque omi t(em)p(o)r(e)·
orantes. ut digni habeamini fugere ista om
nia quae futura sunt. & stare ante fili
um hominis· Erat autem dieb(us) docens
in templo. Noctibus uero exiens mora
batur in monte. qui uocatur oliueti·
popl(u)s
Et omnis manicabat ad eum in templo.
Audire eum·

XVIIII — APPROPINQUABAT AUT(em) DIES ·xxv·
festus azimorum. qui dicitur pascha·

lc ccLx
mt ccLxxxiiii
mr cLvii
lo xx

Et querebant principes sacerdotu̅ & scri
bae· quomodo ihm̅ interficerent· Ti
mebant uero plebem·

lc ccLxi
mt ccLxxx
mr cLxxxviii
lo Lxxvii

satanas
Intrauit autem in iuda̅ qui cognominaba
tur scarioth. unum de duodecim·

lc ccLxii
[illegible]
lo cxiii
& cxxiiii

Et abiit. & locutus e(st). cum principibus sa

lc ccLxiii
mt ccLxxviii
mr clx

cerdotū & magiſtratibuſ. quēadmodū illū traderet eiſ. Et gauiſi ſunt. & pacti ſunt illi pecuniam dare. Et ſpopondit. Et querebat oportunitatem. ut traderet illū ſine turbis. Uenit autē dieſ azimorū. in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit petrū & iohannem dicenſ. Euntes parate nobis paſcha. ut manducemuſ. At illi dixerunt. Ubi uiſ paremuſ. Et dixit ad eoſ. Ecce introeuntibuſ uobiſ in ciuitatē. occurret uobis homo amphoram aquae portans. Sequimini eum in domum in quam intrat. & dicetis patri familiaſ domuſ. Dicit tibi magiſter. Ubi ē. diuerſorium. ubi paſcha cum diſcipuliſ meiſ manducē. Et ipſe uobiſ oſtendet cenaculū magnum ſtratum. & ibi parate. Euntes autem. inuenerunt ſicut dixit illiſ. & parauer̄ paſcha. Et cum facta eēt hora. diſcubuit. & duodecī apoſtoli cū eo.

lc ccLxiiii
x
SoL

Et ait illiſ. Deſiderio deſideraui hoc paſcha. manducare uobiſcū ante quam patiar.

lc ccLxv
xii
mt ccLxxxv
mr
mt cLxxvi

Dico enim uobiſ. quia ex hoc n̄ manducabo illud. donec impleatur in regno dī. Et accepto calice. gratiaſ egit. & dixit.

Accipite. & diuidite inter uos: Dico enim uobis. quod non bibam de generatione uitis. donec regnū dī ueniat·

Lc cclxvi
mt i cclxxxviii
mr clxv
Io lxv. 7 lx.
7 lxvii. 7 lxviii

Et accepto pane. grās egit. & fregit. & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. hoc facite in meam cōmemorationem·

Lc cclxvii
mt ii cclxxxv
mr clxvi

Similit̄ & calicem. postquā cenauit dicens: Hic ē. calix nouum testamentū in sanguine meo. qui pro uobis fundetur·

Lc cclxviii
mt ii cclxxxi
mr clxiii

Ueritamen. ecce manus tradentis me. Mecum ē in mensa: Et quidem filius hominis. secundum quod definitū ē. uadit: Veritamen. uae illi homini. per quem tradetur:.

Lc cclxviiii
mt i cclxxx
mr clxii
Lc cxxii

Et ipsi coeperunt querere inter se. quis esset ex eis. qui hoc facturus esset·

Lc cclxx
mt ii cxiii
mr cxiiii

Facta ē. aut. & contentio inter eos. quis eorū uideretur esse maior· Dixit aut̄ eis ihc: Reges gentium dominant̄ eorū. & qui potestatem habent sup eos. benefici uocantur· Vos autem. non sic: Sed qui maior. ē in uobis. fiat sicut iunior: Et qui precessor est. sicut ministrator:

Lc cclxxi
x
sol

Nam quis maior. ē qui recūbit. an qui ministrat.

Nonne qui recumbit? Ego aut̄ in medio
uri̅m ſum. ſicut qui miniſtrat. Uoſ autē
eſtiſ. qui p̄manſiſtiſ mecum in t̄ptationib;
meiſ. Et ego diſpono uobiſ. ſicut diſpoſu
it mihi pat̄ m̄ſ regnum. ut edatiſ & biba
tiſ ſup̄ menſam meam. in regno meo.

lc cclxxii
r V
m cxcvii

Et ſedeatiſ ſup̄ thronoſ. iudicanteſ duode
cim tribuſ iſr̄l.

lc cclxxiii
X
Sol

Ait aut̄ dn̄ſ. Simon. ſimon. ecce ſatanaſ ex
petiuit uoſ. ut cribraret ſicut triticum.
Ego aut̄ rogaui pro te. ut non deficiat fi
deſ tua.

Et tu aliquando conuerſuſ. confirma fr̄ſ
tuoſ.

Qui dixit ei. Dn̄e. tecum paratuſ ſum. &
in carcerē & in mortem ire. Et ille dixit.
Dico tibi petre. non cantabit hodie gallus.
donec ter abnegeſ noſſe me.

Et dixit eiſ. Quando miſi uoſ ſine ſacculo
& pera & calciamentiſ. numquid aliq̄d
defuit uobiſ? At illi dixerunt. Nichil.
Dix̄ ergo eiſ. Sed nunc qui habet ſacculū
tollat. ſimilit̄ & peram. Et qui non ha
bet. uendat tunicam ſuam. & emat gla
dium.

Dico enim uobis . quō adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me . & quod cum iniquis deputatus est . Etenim ea que sunt de me . finem habent .

At illi dixerunt . Dn̄e . ecce gladii duo hic . At ille dixit eis . Sat est .

Et egressus . ibat sc̄dm consuetudinē in montem oliuarum . Secuti sunt aūt illū & discipuli .

Et cū peruenisset ad locū . dixit illis . Orate . ne intretis in tēptationē .

Et ipse auulsus ē . ab eis . quantū iactus ē . lapidis . Et positis genibus . orabat dicens .

Pat̄ . si uis transfer calicem istum a me . Verumtamen . non mea uoluntas . sed tua fiat .

Apparuit autē illi angelus de celo . confortans eum . & factus in agonia . prolixius orabat . Et factus ē . sudor eius . sicut guttę sanguinis decurrentis in terram .

Et cum surrexisset ab oratione . & uenisset ad discipulos suos . inuenit eos dormientes pre tristitia . Et ait illis . Quid dormitis . Surgite . orate . ne intretis intemptationem ·

AD HUC EO LOQUENTI, ecce
turba · & qui uocabatur iudaſ. unuſ de duode
cim antecedebat eoſ · & appropinquauit
ihū · ut oſculetur eum ·

Ihc̄ aut̄ · dixit illi · Iuda · oſculo filium ho
minis tradiſ ?

Uidenteſ aut̄ hi qui circa ipſum erant quod fu
turum erat · dixerunt ei · Dn̄e · ſi ꝑcutimꝰ
in gladio ? Et ꝑcuſſit unuſ ex illiſ ſeruū
principiſ ſacerdotum · & amputauit auri
culam eiuſ dextram · Reſpondenſ aut̄
ihc̄ · ait · Sinite · uſq; huc ·

Et cum tetigiſſet auriculam eiuſ · ſana
uit eum ·

Dixit autem ihc̄ ad eoſ qui uenerant ad ſe
principeſ ſacerdotum & magiſtratuſ tēpli ·
& ſenioreſ · Quaſi ad latronem exiſtiſ
cum gladiiſ & fuſtibuſ ? Cū cotidie uo
biſcum fuerim in templo · n̄ extendiſtiſ
manuſ in me · Sed hæc ē · hora ur̄a · &
poteſtaſ tenebrarū ·

Comprehendenteſ autem eum · duxerunt
ad domum principiſ ſacerdotum ·

Petruſ uero · ſequebatur a longe · Accenſo

autemigne inmedio atrio. & circumſeden
tibuſ illiſ. erat petruſ inmedio eorum.
Quemcum uidiſſet ancilla quaedam ſe
dentē adlumen. & cum fuiſſet intuita dix̄.
Et hic cumillo erat.

At ille negauit eum dicenſ. Mulier. non
noui illū. Et poſt puſillum. aliuſ uidenſ
eum dixit. Et tu deilliſ eſ. Petruſ uero.
ait. O homo non ſum. Et interuallo fac
to quaſi ore uniuſ. aliuſ quidā affirma
bat dicenſ. Vere. & hic cumillo erat.
Nam & galileuſ eſt. Et ait petruſ. homo.
neſcio quid diciſ. Et continuo. adhucillo
loquente. cantauit galluſ.

Et conuerſuſ dn̄ſ. reſpexit petrū. Et recor
datuſ ē. petruſ uerbi dn̄i ſicut dixerat.
quia priuſquā galluſ cantet. ter me nega
biſ. Et egreſſuſ foraſ petruſ. fleuit ama
re.

Et uiri qui tenebant illū. illudebant ei cę
denteſ. Et uelauer̄ eum. & ꝑcutiebant
faciem eiuſ. & interrogabant eum dicenteſ.
Prophetiza. quiſ ē. qui te ꝑcuſſit. Et alia
multa blaſphemanteſ. dicebant in eum.
Et ut factuſ ē. dieſ. conuener̄ ſenioreſ pleb

& principeſ ſacerdotum & ſcribae · & duxer
illum inconcilium ſuum dicenteſ · Si tu eſ
xpc · dic nobis ·

Lc ccxcvi
X Sol

Et ait illiſ · Si uobiſ dixero · non credetiſ mihi ·
Si aut̄ & interrogauero · N̄ reſpondebitiſ mi
hi · neq: dimittetiſ ·

Lc ccxcvii
I Mt cccx
II Mr cxci
Io lxviiii

Ex hoc autem · erit filiuſ hominiſ ſedenſ ad dex
teriſ uirtutiſ dī ·

Lc ccxcviii
X Sol

Dixerunt autem omneſ · Tu ergo eſ filiuſ
dī ? Qui ait · Voſ dicitiſ · quia ego ſū ·

Lc ccxcviiii
II Mt cccxii
Mr cxciii

At illi dixerunt · Quid adhuc deſideramuſ
teſtimonium ? Ipſi enim · audiuimuſ de
ore eiuſ ·

Lc ccc
I Mt cccxviii
Mr cxcviiii
Io clxxvi

Et ſurgenſ omniſ multitudo eorum · dux
erunt illum ad pilatum · ·XXIII·

Lc ccci
X Sol

Coeperunt aut̄ accuſare illum, dicenteſ ·
Hunc inuenimuſ ſubuertentē gentē nrām ·
& prohibentem tributa dari caeſari · & di
centem ſe xpm regem eſſe ·

Lc cccii
I Mt cccxx
Mr cc
Io clxxviii

Pilatuſ autem · interrogauit eum dicenſ ·
Tu eſ rex iudaeorū ? At ille reſpondenſ ·
ait · Tu diciſ ·

Lc ccciii
VIIII
Io clxxvi
Lc cc · Io clxxxiii

Ait autem pilatuſ · ad principeſ ſacerdo
tum & turbas · Nichil inuenio cauſae in
hoc homine .

Lc cccxiiii
X
Sol

At illi inualeſcebant dicentes. Cōmouit
populum docens per uniuerſam iudeā.
& incipiens a galilea uſq; huc. Pilatus
autem audiens galileam. interroga
uit ſi homo galileus eſſet. Et ut cog
nouit. quod de herodis poteſtate eēt.
remiſit eum ad herodem. qui & ipſe hie
roſolimis erat illis diebus. Herodes aūt
uiſo ihū. gauiſus ē. ualde. Erat enī
cupiens ex multo tempore uidere eum.
eo quod audierat multa de illo. & ſpera
bat ſignum aliquod uidere ab eo fieri.
Interrogabat autem illū multis ſermo
nibus. At ipſe. nihil illi reſpondebat.

Lc cccv
III
Mt cccvii
Mc clxxxviii

Stabant &iam principes ſacerdotum &
ſcribe. conſtant̄ accuſantes eum.

Lc cccvi
X
Sol

Spreuit autem illū herodes cū exercitu
ſuo. & illuſit indutum ueſte alba. &
remiſit ad pilatū. Et facti ſunt amici.
herodes et pilatus. in ipſa die. Nam an
tea inimici erant ad inuicem.

Lc cccvii
VIIII
Io clxxxii
It lxxxvi

Pilatus autem conuocatis principibus ſa
cerdotū. & magiſtratibus & plebe. dixit
ad illos. Obtuliſtis mihi hunc hominē.
quaſi auertentem populum. Et ecce

ego coram uobis interrogans. nullam
causam inueni in homine isto. ex his
in quibus eum accusatis.

Lc cccviii
X
g o L

Sed neq: herodes. Nam remisi uos ad illũ.
& ecce nihil dignum morte actum est ei.

Lc cccviiii
m̄ ii cccxxii
m̄ ccii

Emendatum ergo illum dimittam. Neces
se autem habebat. dimittere eis p̄ diem
festum unum.

Lc cccx
m̄ i cccxxv
m̄ cciiii
lo clxxxiiii

Exclamauit autem simul uniuersa tur
ba. dicens. Tolle hunc. & dimitte no
bis barabban. Qui erat ppt̄ seditionem
quandam factam in ciuitate & homicidiũ.
missus in carcerem.

Lc cccxi
m̄ i cccxxvi
m̄ ccv
lo clxxxviii

Iterum autem pilatus locutus ē. ad illos.
uolens dimittere ihm̄. At illi. succla
mabant dicentes. Crucifige. crucifige
illum.

Lc cccxii
viiii
lo clxxxii
lo clxxxvi
lo cxc

Ille autem. tertio dixit ad illos. Quid eñ
mali fecit iste? Nullam causam mortis
inuenio in eo. Corripiam ergo illum.
& dimittam.

Lc cccxiii
m̄ i cccxxvi
m̄ ccv
lo cxciiii
lo clxxxviii

At illi instabant uocibus magnis. postu
lantes ut crucifigeretur. Et inualesce
bant uoces eorum.

Lc cccxiiii
m̄ i cccxxviii
m̄ ccvi
lo cxcvi

Et pilatus. adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ;

Dimiſit autem illiſ eum quipropt̄ homi
cidium · & ſeditionem miſſuſ fuerat in
carcerem · quem petebant · ihm̄ uero ·
tradidit uoluntati eorum ·

Lc cccxv
I
Mt cccxxxi
Mr ccviiii
Io cxcvii

Et cum ducerent eum · apprehenderunt ſy
monem quendam cyrenenſem uenientē
deuilla · & impoſuerunt illi crucem por
tare poſt ihm̄ ·

Lc cccxvi
X
Sol

Sequebatur autem illū · multa turba popu
li & mulierum · quę plangebant · & lamen
tabantur eum · Conuerſuſ aut̄ adillaſ ihc ·
dixit · filiae hierlm̄ · nolite flere ſuꝑ me ·
ſed ſuꝑ uoſ ipſaſ flete · & ſuꝑ filioſ urōſ ·
Qm ecce uenient dieſ · inquib; dicent ·
Beatę ſterileſ · & uentreſ quinongenuer̄ ·
& ubera quę non lactauerunt · Tunc in
cipient dicere montib; cadite ſuꝑ noſ · &
collibuſ operite noſ · Quia ſi in uiridi
ligno haec faciunt · inarido quid fiet ·

Lc cccxvii
I
Mt cccxxxvi
Mr ccxv
Io cxcviii

Ducebantur autē & alii duo nequā cū eo ·
ut interficerentur ·

Lc cccxviii
I
Mt cccxxxii
Mr ccx
Io cxcvii

Et poſtquā uenerunt inlocum qui uoca
tur caluariae · ibi crucifixerunt eum ·

Lc cccxviiii
I
Mt cccxxxvi
Mr ccxv
Io cxcviii

Et latroneſ · unum adextriſ · & alterum ·

a sinistris·

Lc cccxx
X sol

IHc autem dicebat· Pater dimitte illis· non enim sciunt quid faciunt·

Lc cccxxi
II Mt cccxxxiiii
Mr ccxii
Io cci

Diuidentes uero uestimenta eius· miser sortes· Et stabat populus expectans·

Lc cccxxii
II Mt cccxxxviii
Mr ccxviii

Et deridebant illum principes cum eis dicentes· Alios saluos fecit· se saluum faciat· si hic ē· xp̄c· dī electus

Lc cccxxiii
II Mt cccxlii
Mr ccxxii

Illudebant autem ei & milites· accedentes· & acetum offerentes illi dicentes· Si tu es rex iudaeorum· saluum te fac·

Lc cccxxiiii
I Mt cccxxxv
Mr ccxiiii
Io cxcviiii

Erat autem & sup̄ scriptio scripta sup̄ illū· litteris grecis· & latinis· & hebraicis· hic est rex iudaeorum·

Lc cccxxv
I Mt cccxxxviiii
Mr ccxviiii

Unus autem de his qui pendebant latronibus· blasphemabat eum dicens· Si tu es xp̄c· saluum fac temet ipsum· & nos·

Lc cccxxvi
X sol

Respondens autem alt̄· increpabat illum dicens· Neq: tu times dm̄· quod in eadem dampnatione es· Et nos quidem iuste· nam digna factis recipimus· hic uero· nichil mali gessit· Et dicebat ad ihm̄· Dn̄e· memento mei· cum ueneris in regnum tuum· Et dixit illi ihc· Amen dico tibi· hodie mecum eris in paradyso·

Lc cccxxvii II Mt cccxl Mr ccxx
Erat aut̄ fere hora sexta· Et tenebrę factę sunt
in uniuersa terra· usq; in horam nonam·
Et obscuratus ē· sol·

Lc cccxxviii II Mt cccxliiii Mr ccxxiiii
Et uelum templi scissum est medium·

Lc cccxxviiii I Mt cccxliii Mr ccxxiii Io cciiii
Et clamans uoce magna ihc̄ ait· Pater in
manus tuas cōmendo spiritū meum·
Et hec dicens· expirauit·

Lc cccxxx II Mt cccxliiii Mr ccxxv
Videns autem centurio quod factū fuerat·
glorificauit dm̄ dicens· Vere hic ho
mo iustus erat·

Lc cccxxxi X Sol
Et omnis turba eorum· qui simul ade
rant ad spectaculū istud· & uidebant
quae fiebant· percutientes pectora sua
reuertebantur· Stabant aut̄ omnes
noti eius a longe· & mulieres quae secutae
erant eum a galilea· haec uidentes·

Lc cccxxxii I Mt cccxlviii Mr ccxxvii Io ccvi
Et ecce uir nomine ioseph· qui erat decu
rio uir bonus & iustus· hic non con
senserat consilio & actibus eorū· ab arima
thia ciuitate iudaeę· qui expectabat
& ipse regnum dī· Hic accessit ad pila
tum· & petiit corpus ihū·

Lc cccxxxiii I Mt cccxlviiii Mr ccxxviii Io ccviii
Et depositum inuoluit sindone· & po
suit eum in monumento exciso· In quo

nondum quisquam. positus fuerat·

Lc cccxxxiiii
X
Sol

Et dies erat parasceue. & sabbatum illu
cescebat· Subsecutę autem mulieres
quę cum ipso uenerant de galilea· uider
monumentum· & quemadmodum po
situm fuerat corpus eius·

Lc cccxxxv
II VIII
Mc ccxxx

Et reuertentes parauerunt aromata &
unguenta. & sabbato quidem siluerunt
secdm mandatum·

Lc cccxxxvi
I
Mt cccLii
Mc ccxxxi
Io ccviiii

Una autem sabbati ualde diluculo. uenerunt ad ·xxiiij·
monumentum. portantes quę parauer
ant aromata; & inuenerunt lapidem re
uolutũ a monumento· Et ingressę. non
inuenerunt corpus dñi ihũ· Et factũ ē.
dum mente consternatę essent de isto·
Ecce duo uiri steterunt secus illas. in ues
te fulgenti·

Lc cccxxxvii
II
Mt cccLiii
Mc ccxxxii

Cum timerent autem· & declinarent uultũ
in terrã. dixerunt ad illas· Quid queri
tis uiuentem cum mortuis? Non ē hic·
sed resurrexit· Recordamini qualiter
locutus ē uobis. cum adhuc in galilea
eēt dicens· Quia oportet filium homi
nis tradi in manus hominũ peccatorũ &
crucifigi. & die tertia resurgere. Et re

cordatęſunt uerborū eiuſ.

XXI ET REGRESSAE A MONUMENTO ·
lc cccxxxviii nuntiauerunt haec omnia illiſ undecim . &
II m ccclIIII ceteriſ omnibuſ ·
m ccxxxiii

lc cccxxxviiii Erat autē maria magdalena · & iohanna · &
sxl maria iacobi . & ceterę quę cum eiſ erant.
quę dicebant ad apoſtoloſ haec · Et uiſa ſunt
ante illoſ ſicut deliramentū uerba iſta ·
& non credebant illiſ · Petruſ autē ſurgens ·
cucurrit ad monumentū . & procumbens ·
uidit linteamina ſola poſita ; & abiit ſecū
miranſ quod factum fuerat ·

lcccxl Et ecce duo ex illiſ · ibant ipſa die in caſtellū
II VIII quod erat in ſpatio ſtadiorū ſexaginta ab
m ccxxxiiii hierlm̄ . nomine emauſ · Et ipſi loque
bantur ad inuicem . de hiſ omnibȝ quę ac
ciderant · Et factum ē dum fabularentur
& ſecum quererent . & ipſe ihc̄ appropin
quanſ ibat cum illiſ · Oculi autem illoꝝ
tenebantur . ne eum agnoſcerent · Et ait
ad illoſ · Qui ſunt hi ſermones quoſ con
fertiſ ad inuicē . ambulantes & eſtiſ triſtes ·
Et reſpondenſ unuſ cui nomen cleopaſ .
dixit ei · Tu ſoluſ peregrinuſ eſ in hierlm̄ ;
Et nō cognouiſti quę facta ſunt in illa hiſ diebȝ ;

Quibus ille dixit· Quae?· Et dixer̄· De ihū nazareno. qui fuit uir ꝓpheta potens in opere & sermone coram dō & omī populo· Et quomodo eum tradider̄ sūmi sacerdotes & principes nr̄i in damp natione mortis. & crucifixerunt eum· Nos aut̄ sperabamus. quia ipse esset redempturus isrl̄· Et nunc sup haec om̄a tertia dies ē hodie. quod haec facta sunt· Sed & mulieres quaedā ex nr̄is terruerunt nos. quae ante lucem fuerunt ad monumentum Et non inuento corpore eius. uenerunt dicentes se etiam uisionē angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere· Et abierunt quidam ex nr̄is ad monumentum. & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt Ipsum uero non inuenerunt· Et ipse dixit ad eos· O stulti & tardi corde ad credendum· in omībus quae locuti sunt prophetae· Nonne haec oportuit pati xpm̄. & ita intrare in gloriam suam?· Et incipiens a moyse & omib; ꝓphetis. interptabatur illis in omībus scripturis quae de ipso erant· Et appropinquauer̄ castello quo ibant. & ipse se finx̄

longius ire · Et coegerunt illu͞ dicentes ·
Mane nobiscum · quoniam aduesperascit ·
& inclinata ē · iam dies · Et intrauit cum illis ·
Et factum ē dum recumberet cum illis · ac
cepit panē & benedixit · ac fregit · & porri
gebat illis · Et aperti sunt oculi eorum & cog
nouerunt eum · & ipse euanuit ex oculis
eorum · Et dixerunt ad inuicem · Nonne
cor nrm ardens erat in nob · dum loqueretur
in uia · & aperiret nob scripturas · Et
surgentes eadem hora · regressi sunt in
hierlm · & inuenerunt congregatos unde
cim · & eos qui cum ipsis erant dicentes
Qđ surrex̄ dn̄s uere · & apparuit symoni ·
Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia ·
& quomodo cognouerunt eum · in frac
tione panis ·

Euangl ·
VIIII
[illegible]

Dum haec autem loquuntur ihs stetit
in medio eorum · & dicit eis · Pax uobis ·
Ego sum · nolite timere · Conturbati uero
& conterriti · existimabant se spiritum
uidere · Et dixit eis · Quid turbati estis ·
& cogitationes ascendunt in corda ur̄a ·
Videte manus meas & pedes · quia ipse
ego sum · Palpate & uidete · quia spiritus

carnem & ossa non habent. sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus & pedes.

Lc cccxlii
viiii
Io ccxxi

Adhuc aut̄ illis non credentibus & mirantib; prę gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi. & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis. sumens reliquias dedit eis.

Lc cccxliii
x
sol

Et dixit ad eos. Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos. cum adhuc essem uobiscū. quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege moysi. & prophetis. & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum. ut intellegerent scripturas. & dixit eis. Quoniam sic scriptum est. & sic oportebat xp̄m pati. & resurgere a mortuis die tertia. Et prędicari in nomine eius poenitentiam & remissionē peccatorum. in omnes gentes. incipientib; ab hierosolyma. Vos aut̄ estis testes horum. & ego mittam ꝓmissum patris mei in uos. Vos autem sedete in ciuitate. quoadusq; induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniam. & eleuatiſ manibuſ ſuiſ. benedixit eiſ. Et factum eſt dum benediceret illiſ. receſſit ab eiſ. & ferebatur in caelum. Et ipſi adorantes. regreſſi ſunt in hierłm. cum gaudio magno. Et erant ſemꝑ in templo. laudantes. & benedicenteſ dm̄. Amen.

EXPLICIT

EUANGELI

UM SEC̄DM

LUCAM

HIC EST IOHANNES EUANGE
liſta · unuſ exdiſcipuliſ dī. quiuirgo
electuſ adō eſt. quemdenuptiiſ uo
lentem nubere uocauit dš · Cuiuirgini
tatiſ inhoc duplex teſtimonium ineuan
gło datur. quod& prę cęteriſ dilectuſ
adōdicitur. & huic matrem ſuam. decru
ce cōmendauit dnſ. utuirginem uirgo
ſeruaret · Deniq; manifeſtanſ ineuangło
qd erat ipſe · incorruptibiliſ uerbiopuſ
inchoanſ · ſoluſ uerbum carnem factū
eſſe. neclumen atenebriſ cōphenſum.
fuiſſe teſtatur · Primum ſignū ponenſ
quodinnuptiiſ fecit dnſ. utoſtendens
quoderat ipſe. legentib; demonſtraret ·
Et ubidnſ inuitatur deficere nuptiar̄
uinum debeat. ut et ueterib; immu
tatiſ. noua omnia quaeaxpō inſtituun
tur appareant · Hocaūt euangeliū
ſcripſit inaſia. poſtea quaminpathmoſ
inſula apocalypſin ſcripſerat. utcuiin
principio canoniſ incorruptibile princi
pium ingeneſi. etiam incorruptibiliſ
finiſ p uirginē inapocalypſi redderet ·
Dicente xpō · Egoſum · A & ω. Ethicē.

Dequo ſingula
quęq; inmiſte
rio acta uel
dicta · euanglii
ratio querentib;
demonſtrat ·

iohannes. qui sciens suꝑuenisse diem reces
sus sui. conuocatis discipulis suis in ephe
so. ꝑ multa signorum experimenta pro
mens xp̄m. descendens in defossum se
pulturae suae locum. facta oratione. ap posit⁹
est ad patres suos. Tam extraneus a dolo
re mortis. quam a corruptione carnis
inuenitur alienus. ħ Tamen post omnes
euangl̄m scripsit. & hoc uirgini debebatur.
Quorū tamen uel scriptorum tēporis dis
positio. uel librorū ordinatio. Ideo a nob̄
ꝑ singula non exponitur. ut sciendi desi
derio collocata. & quaerentib; fructus
laboris. & dō magisterii doctrina seruetur.

EXPLICIT PROLOGUS. INCIPIUNT CAPITULA EUGLII. SCDM IOH.

I Pharisaeorum leuitae interrogant iohannē.
Iohannes ihm̄ uidens agnū di̅ dicit. Etan
dreas petro dicit. Inuenimus messiam.

II IHC ad caenam de aqua uinum fecit. de tem
plo nūmularios eicit. soluite hoc templū
dicens. nichodemo loquitur de baptismo
& de aliis multis.

III IHC in iudaea baptizat. & iohannes in enon.
qui q; dicit xp̄m crescere. se aūt minorari.

ħ Qui et si post om̄s euangeliū scripsisse dicit̄. tam̄ dispositione
canonis ordinati post matheū ponit̄. quō quę in dō nouissima
sunt. non uelud extrema & abiecta numero. sed plenitudinis opere
ꝑfecta sunt.

IIII Ihc cum muliere ſamaritana loquitur.
pphetā in patria ſua ſine honore eſſe dicit·
reguli filium a morte reſuſcitat·

V Apud natatoriam bethſaidam xxx octo anno
rum infirmitatem hominis ſanat. ac
dicit. ſcrutamini ſcripturas. & ſi crederet
is moyſi· crederetis forſitan & mihi·

VI De quinq: panibus & duob; piſcibus. & qđ
eum regem facere uoluerunt· Ihc ſupra
mare ambulat. & de manna $\overset{\text{dō}}{\&}$ pane cae
leſti loquitur. A credentib; ab eo diſcipulis.
unum ex duodecim diabolum dicit·

VII Skenophegia ihc medio die feſto aſcendens
in templum docet. multis etiam de turba
credentib; idem clamat. ſi quis ſitit ue
niat & bibat. cum miniſtris & nichode
mo principes contendunt. de muliere
adultera. Ihc lumen mundi eſſe ſe pr̄
dicit·

VIII Ihc interrogatus. principium ſe eſſe reſ
pondit. quod omnis peccator ſeruus ſit.
& quod ihc ante abraham ſit: Cecum
ex natiuitate curat·

VIIII De encenia & ouili· p dedicatione deambu
lans in templo. ſe & patrē unū ēē dicit.

delazari reſuſcitatione ·

X Mariapedeſ ihū unguit. & capilliſ ſuiſ extergit.
ihc ſupaſinum ſedit. & uolentib; grecis uide
re ihm̄ · loquitur degrano frumenti quod
interram mittitur. & uox decęlo adihm̄. &
q̄d multi exprincipibus crediderunt inihm̄.
ſedppt̄ phariſaeoſ nonconfiterentur ·

XI Pedeſ diſcipulorum lauat. deiudae tradiṭi
one. & petri negatione praedicit. & dedi
lectione fratrum. & quodipſe inpatre &
pater inillo ē. & deobſeruandiſ mandatiſ
paraclyti ſpſ·

XII Deuinea & palmitib; & dedilectione & de
ꝓmiſſione paraclyti. & omnia patriſ ac
ſuaēē. & cętera mandata·

XIII Ihc diſcipuloſ patri commendat. ihc aiu
datraditur. allocutio pilati adiudaeoſ
deihū. & debarabba·

XIIII Paſſio ihū. & ſepultura. & reſurrectio eiuſ·





IN PRINCIPIO

ERAT UERBUM: ETUERBUM
erat apud dm̄ . & dſ erat uerbum · Hoc erat in
principio apud dm̄ · Omnia ꝑ ipſum facta ſt̄ .
& ſine ipſo factū ē . nihil · Qđ factū ē . in ipſo uita
erat · Et uita erat lux hominū . & lux in tenebriſ
lucet . & tenebrę eam non conp̄henderunt ·

Io ii
III
mt vii
Lc vi

Fuit homo miſſuſ a dō . cui nomen erat iohannes ·
Hic uenit in teſtimoniū . ut teſtimoniū ꝑhiber&
de lumine . ut omīſ crederent ꝑ illū · Non erat
ille lux . ſed ut teſtimoniū ꝑhiberet de lumine ·

Io iii
III
mt i
Lc xiiii

Erat lux uera . quae illuminat omnē hominē
uenientē in mundū · In mundo erat . & mundꝰ
ꝑ ipſum factuſ eſt . & munduſ eum non cogno
uit ·

Io iiii
X
Sol

In propria uenit . & ſui eum non receperunt ·
Quotquot autē receperunt eum . dedit eiſ po
teſtatem filioſ dī fieri . hiſ qui credunt in no
mine eiuſ · Qui non ex ſanguinibꝫ . neqꝫ ex uo
luntate carniſ . neqꝫ ex uoluntate uiri . ſed
ex dō nati ſunt ·

Io v
III
Lc xiiii

Et uerbum caro factū ē . & habitauit in nobis ·
Et uidimus glām eiuſ . glām quaſi unigeniti
a patre · Plenum grā . & ueritatiſ ·

Io vi
III
mt iiii
Lc x

Iohanneſ teſtimoniū ꝑhibet de ipſo . & cla
mat dicenſ · Hic erat quē dixi . qui poſt

me uenturus ē. ante me factus ē. quia pri
or me erat.

Et de plenitudine eius nos om̄s accepimus. &
grām pro gratia. Quia lex ꝑ moysen data ē.
grā & ueritas ꝑ ihm̄ xpm̄ facta est.

Dm̄ nemo uidit umquam. Unigenitus filius
qui ē in sinu patris. ipse enarrauit.

ET HOC EST TESTIMONIUM
iohannis. quando miserunt iudaei ab hiero
solimis sacerdotes & leuitas ad eum. ut inter
rogarent eum. Tu quis es. Et confessus ē.
& non negauit. Et confessus ē. quia non sū
ego xps. Et interrogauer̄ eum. Quid ergo.
helyas es tu. Et dixit. non sum. Propheta
es tu. Et respondit. non. Dixer̄ ergo ei.
Quis es ut responsum demus his qui miser̄
nos. Quid dicis de te ipso.

Ait. Ego uox clamantis in deserto. dirigite
uiam dn̄i. sicut dixit esaias ꝓpheta.

Et qui missi fuerant. erant ex pharisaeis. Et in
terrogauer̄ eum. & dixerunt ei. Quid ergo
baptizas. si tu non es xps. neq; helyas. neq;
ꝓpheta.

Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo
in aqua. medius autem urm̄ stetit. quē uos

ne-ſcitiſ· Ipſe eſt qui poſt me uenturuſ ē.
qui ante me factuſ ē.· cuiuſ ego non ſū dignuſ.
ut ſoluam eiuſ corrigiam calciamenti·

Io xiii
x
Sol

Hæc in bethania facta ſunt tranſ iordanen· ubi
erat iohanneſ baptizanſ· Altera die uidit
iohanneſ ih̄m̄ uenientē ad ſe.· & ait· Ecce
agnuſ dī· qui tollit peccata mundi·

Io iiii
mt xi
mr iiii
Lc x

Hic ē de quo dixi· Poſt me uenit uir qui ante
me factuſ ē.· quia prior me erat. & ego neſ
ciebam eum·, Sed ut manifeſtetur in iſrl· prop
terea ueni ego in aqua baptizanſ·

Io xv
mt xiiii
mr v
Lc xiii

Et teſtimoniū ꝑhibuit iohanneſ dicenſ; Quia
uidi ſp̄m deſcendentē quaſi columbā de celo.
& manſit ſuꝑ eum. & ego neſciebam eū; Sed
qui miſit me baptizare in aqua.· ille mihi dix̄·
Suꝑ quē uideriſ ſp̄m deſcendentē & manentē
ſuꝑ eum.· hic ē. qui baptizat in ſp̄u ſc̄o· Et ego
uidi & teſtimoniū ꝑhibui· quia hic ē filiuſ dī·

Io xvi
x
Sol

Altera die iterum ſtabat iohanneſ.· & ex diſcipu
liſ eiuſ duo· Et reſpicienſ ih̄m̄ ambulantē.
dicit· Ecce agnuſ dī· Et audierūt eum duo
diſcipuli loquentem.· & ſecuti ſunt ih̄m̄·
Conuerſuſ autem ih̄ſ & uidenſ eoſ ſequenteſ
ſe.· dicit eiſ· Quid quęritiſ.· Qui dixerūt ei·
Rabbi· qđ dicitur intp̄tatum magiſter·

Ubi habitas : Dicit eis· Venite & uidete·
Venerunt & uiderunt ubi maneret· & apud eū
manserunt die illo· Hora autem erat quasi
decima· Erat autem andreas frat̄ simonis pe
tri unus ex duob: qui audierant ab iohanne·
& secuti fuerant eum;

lo xvii
mt clxvi
lc lxxxii
lo xviii

Inuenit hic primum fratrem suum simonem·
& dicit ei· Inuenimus messiam· qd ē· int̄p̄ta
tum xp̄s· Et adduxit eum ad ihm̄· Intuitus
aūt eum ihc̄· dixit· Tu es simon filius iona· tu
uocaberis cęphas· qd int̄p̄tatur petrus·

lo xviii
X
sol

In crastinum uoluit exire in galileam· & inuenit
aūt
philyppum· & dicit ei ihc̄· Sequere me· Erat
autem philyppus a bethsaida· ciuitate andreę·
& petri· Inuenit philippus nathanahel· & di
cit ei· Quem scripsit moyses in lege & pphetę·
Inuenimus ihm̄ filium ioseph a nazareth·
Et dixit ei nathanahel· A nazaret potest aliquid
boni esse· Dicit ei philyppus· Veni & uide·
Uidit ihc̄ nathanahel uenientem ad se· & dicit
de eo· Ecce uere israhelita· in quo dolus n̄ est·
Dicit ei nathanahel· Unde me nosti : Respon
dit ihc̄· & dixit ei· Priusquā te philippus uo
caret cum esses sub ficu· uidi te· Respondit
ei nathanahel· & ait· Rabbi· tu es filius dī·

tu eſ rex iſrl̄· Reſpondit ihc̄· & dixit ei· Quia
dixi tibi uidi te ſub ficu credis· maiuſ hiſ uidebiſ·
Et dicit ei· Amen amen dico uobis· uidebitiſ
caelum apertum· & angeloſ dī aſcendenteſ &
deſcendenteſ· ſupra filium hominis·

·ij· ET DIE TERTIO NUPTIAE FACTE
ſunt in cana galileae· & erat mater ihu ibi·
Uocatuſ ē· autem & ihc̄· & diſcipuli eiuſ ad nup
tiaſ· Et deficiente uino· dicit mat̄ ihū ad eū·
Uinum non habent· Et dicit ei ihc̄· Quid
mihi & tibi ē mulier· Nondum uenit hora
mea· Dicit mater eiuſ miniſtriſ· Quodcumq;
dixerit uobis· facite· Erant autem ibi lapi
deae hydriae ſex poſitę· ſecd̄m purificatio
nem iudaeorum· capienteſ ſingulę metretaſ·
binaſ uel ternaſ· Dicit eiſ ihc̄· Implete hy
driaſ aqua· Et impleuer̄ eaſ· uſq; ad ſummū·
Et dicit eiſ ihc̄· Haurite nunc· & ferte
architriclino· Et tulerunt· Ut autem
guſtauit architriclinuſ· aquā uinum factā·
& non ſciebat unde eēt· miniſtri autē ſciebant
qui hauſerant aquā· uocat ſponſū architri
clinuſ· & dicit ei· Omniſ homo· primum
bonum uinum ponit· & cum inebriati fue
rint· tunc id quod deteriuſ eſt· Tu autem·

seruasti bonum uinum. usq; adhuc. Hoc fecit initium signorum ihc in cana galileae. & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum. discipuli eius.

Post hoc descendit capharnaum ipse & mater eius. & fratres eius. & discipuli eius. & ibi manserunt non multis diebus.

Et prope erat pascha iudaeorum. & ascendit hierosolimam ihc.

Et inuenit in templo uendentes boues & oues. & columbas. & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis. omnes eiecit de templo. Oues quoque & boues. & nummulariorum effudit aes. & mensas subuertit. Et his qui columbas uendebant. dixit. Auferte ista hinc. & nolite facere domum patris mei. domum negotiationis.

Recordati uero sunt discipuli eius quia scriptum est. zelus domus tuae comedit me.

Responderunt ergo iudaei. & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis. quia haec facis.

Respondit ihc. & dixit eis. Soluite templum hoc. & in trib; dieb; excitabo illud. Dixerunt ergo iudaei. Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc. & tu in tribus dieb;

excitabis illud. Ille autem dicebat de templo
corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mor
tuis. recordati sunt discipuli eius quia hoc di
cebat. Et crediderunt scripturae. & sermoni
quē dixit ihc. Cum autem eēt hierosolimis in pas
ca in die festo. multi crediderū in nomine eius.
uidentes signa eius quae faciebat. Ipse autē ihc
non credebat semet ipsum eis. eo quod ipse nos
set omnes. & quia opus ei non erat. ut quis tes
timonium ꝓhiberet de homine. Ipse enim
sciebat quid eēt in homine.

.iij. Erat autem homo ex pharisaeis nichodemus no
mine. princeps iudaeorū. hic uenit ad ihm
nocte. & dixit ei. Rabbi. scimus quia a dō
uenisti magister. Nemo enim potest haec
signa facere quae tu facis. nisi fuerit ds̄ cū eo.
Respondit ihc. & dixit ei. Amen amen dico
tibi. nisi quis natus fuerit denuo. non potest
uidere regnum dī. Dicit ad eum nichodem⁹.
Quomodo potest homo nasci cum sit senex.
Nūquid potest in uentrem matris suae iterū
introire & nasci. Respondit ihc. Amen
amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aq̄
& spū non potest introire in regnum dī. Qđ
natū ē. ex carne. caro est. Et quod natū ē. ex spū.

ſp̄s eſt· Non mireris quia dixi tibi· oportet uoſ naſci denuo· Sp̄s ubi uult ſpirat· & uocē eiuſ audiſ· ſed non ſciſ unde ueniat & quo uadat· Sic ē· omniſ· qui natuſ ē· ex ſp̄u· Reſpondit nichodemuſ· & dixit ei; Quomodo poſſunt haec fieri· Reſpondit ih̄c· & dixit ei· Tu eſ magiſter in iſr̄l· & haec ignoraſ· Amen amen dico tibi· quia quod ſcimuſ loquimur· & quod uidimuſ teſtamur· & teſtimonium nr̄m n̄ accipitis· Si terrena dixi uobiſ & non creditiſ· quomodo ſi dixero uobis caeleſtia credetiſ· Et nemo aſcendit in caelū· niſi qui deſcendit de cęlo· filiuſ hominiſ qui ē· in caelo· Et ſicut moyſeſ exaltauit ſerpentē in deſerto· ita exaltari oportet filium hominiſ· Ut omniſ qui credit in ipſum non pereat· ſed habeat uitam æternam·

Sic enim dilexit dſ̄ mundū· ut filium ſuum unigenitum daret· Ut om̄iſ qui credit in eū non pereat· ſed habeat uitam aeternam· Non enim miſit dſ̄ filium ſuum in mundū ut iudicet mundum· ſed ut ſaluetur munduſ per ipſum· Qui credit in eum· non iudicatur· Qui autē non credit iam iudicatuſ ē· quia n̄ credidit in nomine unigeniti filii dī· hoc ē·

aut̄ iudicium. quialuxuenit inmundum.
&dilexerunt homineſ magiſ tenebraſ quam
lucem· Erant enim eorum mala opera·
Omiſ enim quimala agit odit lucem. &nonuenit
adlucem. utnonarguantur operaeiuſ· Qui
autem facit ueritatem· uenit adlucem. Ut
manifeſtentur operaeiuſ· quiaindō ſunt
facta·

III POSTHĘC UENIT IHC ETDISCI
puliciuſ. iniudeamterram. &illicdemora
batur cumeiſ. &baptizabat·

Lo xxv IIII ō xvii L vi Erat autem &iohanneſ baptizanſ. inenon iuxta
ſalim quiaaquae multae erant illic· &ueni
ebant &baptizabantur·

Lo xxvi IIII ō xviii ō viii Nondum enim miſſuſ fuerat incarcerē iohan
nes

Lo xxvii x Sol Factaeſt ergo queſtio exdiſcipuliſ iohanniſ cū
iudeiſ depurificatione. &ueneṝ adiohannē.
&dixerunt ei· Rabbi. quierat tecum trans
iordanen. cuitutteſtimonium ꝑhibuiſti. ecce
hicbaptizat. &omneſ ueniunt adeum· Reſ
pondit iohanneſ &dixit· Nonpoteſt homo
accipere quicquā. niſifuerit ei datū decelo·

Lo xxviii I xi ō iiii L x Ipſiuoſ mihi teſtimoniū ꝑhibetiſ. quoddix
erim. egononſum xp̄c. ſedquiamiſſuſſum

ante illum

Qui habet ſponſam. ſponſuſ eſt. Amicuſ autem ſponſi. qui ſtat & audit eum. gaudio gaudet propt̄ uocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum. impletum eſt. Illum oportet creſcere. me aut̄ minui. Qui deſurſum uenit. ſup̱ omneſ eſt. Qui ē de terra. de terra eſt & de terra loquitur. Qui de cęlo uenit. ſupra omneſ eſt. Et quod uidit & audiuit hoc teſtatur. & teſtimonium eiuſ nemo accipit. Qui accipit eiuſ teſtimonium. ſignauit quia dſ̄ uerax eſt. Quem enim miſit dſ̄. uerba dī loquitur. Non enī ad menſuram dat dſ̄ ſpm̄.

Pater diligit filium. & omnia dedit in manuſ eiuſ.

Qui credit in filium. habet uitam aeternam. Qui autem incredulus ē filio. non uidebit uitam. ſed ira dī manet ſup̱ eum.

III UT ERGO COGNOUIT IHC̄ QUIA audierunt phariſaei. quia ihc̄ plureſ diſcipuloſ facit. & baptizat. quam iohanneſ. quā quam ihc̄ non baptizaret. ſed diſcipuli eius. .iiij.

Reliquit iudaeam. & abiit iterum in galileam.

lxxxii
X
Sol

Oportebat autem eum transire p̄ samariam·
Venit ergo in ciuitatē samariae. quae dicitur
sichar. iuxta p̄dium quod dedit iacob ioseph fili
o suo· Erat aūt ibi fons iacob· Ihs̄ ergo fatigat(us)
ex itinere. sedebat sic sup̄ fontem· Hora erat qua
si sexta· Venit mulier de samaria. haurire
aquā· Dicit ei ihc̄· Da mihi bibere· Discipuli
enim eius abierant in ciuitatē. ut cibos emerent·
Dicit ergo ei mulier illa samaritana· Quomodo
tu iudaeus cum sis. bibere a me poscis. quae sū
mulier samaritana? Non enim coutuntur
iudaei samaritanis· Respondit ihc̄. & dix
ei· Si scires donum dī· & quis ē. qui dicit tibi
da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. &
dedisset tibi aquā uiuam· Dicit ei mulier·
Dn̄e. neq: in quo haurias habes. & puteus altus ē.
Unde ergo habes aquam uiuam? Nū quid
tu maior es patre nr̄o iacob. qui dedit nobis
puteū. & ipse ex eo bibit. & filii eius. & pecora
eius? Respondit ihc̄. & dixit ei· Omnis
qui bibit ex aqua hac. sitiet iterū· Qui aūt
biberit ex aqua quā ego dabo ei. non sitiet in
aeternum· Sed aqua quam dabo ei. fi& in eo
fons aquae. salientis in uitā aetnā· Dicit ad
eum mulier· Dn̄e. da mihi hanc aquā. ut non

ſitiam· neq; ueniam huc haurire· Dicit
ei ihc· Vade uoca uirum tuum·´ & ueni huc·
Respondit mulier & dixit· Non habeo
uirum· Dicit ei ihc· Bene dixiſti·´ quia ñ
habeo uirum· Quinq; enim uiroſ habuiſti·´
& nunc quē habeſ· non ē· tuuſ uir· hoc uere
dixiſti· Dicit ei mulier· Dñe·´ ut uideo q̄a
ꝓpheta eſ tu· Patreſ nr̄i in monte hoc adora
uerunt·´ & uoſ dicitiſ· quia hieroſolimiſ eſt
locuſ· ubi adorare oportꝫ· Dicit ei ihc·
Mulier·´ crede mihi·´ quia ueniet hora· quan
do neq; hoc in monte· neq; in hieroſolimiſ· ad
orabitiſ patrem· Voſ adoratiſ quod neſcitis·´
noſ adoramuſ qđ ſcimuſ· quia ſaluſ ex iudae
iſ eſt· Sed uenit hora & nunc eſt·´ quando
ueri adoratoreſ adorabunt patrē· in ſpū & ue
ritate· Nam & pat̄ taleſ querit·´ qui adorent
eum· Sp̄ſ ē· dſ̄·´ & eoſ qui adorant eum in
ſpū & ueritate· oportet adorare· Dicit ei mu
lier· Scio quia meſſiaſ uenit·´ qui dicitur
xp̄ſ· Cum ergo uenerit·´ ille nobiſ annun
tiabit omnia· Dicit ei ihc· Ego ſum·´
qui loquor tecum· Et continuo uenerunt
diſcipuli eiuſ·´ & mirabantur quia cū muli
ere loquebatur· Nemo tamen dixit· qđ

queris. aut quid loqueris cum ea. Reliquit
ergo hydriam suã mulier. & abiit in ciuitatẽ.
& dicit illis hominibus. Uenite & uidete
hominem. qui dixit mihi omnia quecũq;
feci. Numquid ipse ẽ. xp̃c. Exierunt de
ciuitate. & ueniebant ad eum. Interea ro
gabant eum discipuli. dicentes. Rabbi.
manduca. Ille autem dixit eis. Ego cybũ
habeo manducare. quem uos nescitis. Dice
bant ergo discipuli ad inuicem. Numquid
aliquis attulit ei manducare. Dicit eis ihc̃.
Meus cybus ẽ. ut faciam uoluntatẽ eius qui
misit me. ut ꝑficiam opus eius. Nonne
uos dicitis. qđ adhuc quattuor menses sunt
& messis uenit. Ecce dico uobis. Leuate
oculos ur̃os & uidete regiones. quia albę
sunt iam ad messem. Et qui metit mercedẽ
accipit. & congregat fructum in uitã aetnã.
ut & qui seminat simul gaudeat & qui metit.
In hoc enim ẽ. uerbum uerum. quia alius est
qui seminat. & alius ẽ. qui metit. Ego misi
uos metere. qđ uos non laborastis. Alii
laborauerunt. & uos in labores eorum intro
istis. Ex ciuitate autem illa. multi crediderũ
in eum samaritanorum. propter uerbum

mulieris testimonium ꝑhibentis· quia dixit mihi omnia quecumq; feci· Cum uenissent ergo ad illum samaritani· rogauer̄ eum ut ibi maneret· & mansit ibi duos dies· Et multo plures crediderunt propt̄ sermonem eius· & mulieri dicebant; quia iam non propt̄ tuam loquelam credimus· Ipsi enim audiuimus & scimus· quia hic ē uere saluator mundi·

Io xxxiiii VII mt xxviiii

Post duos autem dies· exiit inde· & abiit in galileā· Io xxxv I [illegible] Ipse enim ih̄c testimonium ꝑhibuit· quia propheta in sua patria honorē non habet·

Io xxxvi X [illegible]

Cum ergo uenisset in galileam· exceperunt eum galilei· cum omnia uidissent quae fecerat hierosolimis in die festo· & ipsi uenerant in diem festū· Venit ergo iterum in cana galileae· ubi fecit aquam uinum·

Io xxxvii VIII [illegible] lc xv

Et erat quidam regulus· cuius filius infirmabatur capharnaum· Hic cum audisset quia ih̄c adueniret a iudaea in galileam· Abiit ad eum· & rogabat eum· ut descenderet· & sanaret filium eius· Incipiebat enim mori· Dixit ergo ih̄c ad eum· Nisi signa & prodigia uideritis· non creditis· Dicit ad eum regulus· Dn̄e descende priusquā moriatur filius meus· Dicit ei ih̄c· Vade· filius tuus uiuit· Credidit homo sermoni quē

dixit ei ihc. & ibat. Iam autem eo descen
dente. serui occurrerunt ei. & nuntiauerunt di
centes. quia filius eius uiueret. Interroga
bat ergo horam ab eis. in qua melius habuerit.
Et dixerunt ei. Quia heri hora septima. reliquit
eum febris. Cognouit ergo pater. quia illa
hora erat in qua dixit ei ihc. filius tuus uiuit.
Et credidit ipse. & domus eius tota.

HOC ITERUM SECUNDUM

signum fecit ihc. cum uenisset a iudea in galileā.
Post haec erat dies festus iudaeorum. & ascen
dit ihc hierosolimam. Est autem hierosoli
mis ꝓbatica piscina. quae cognominatur he
braice bethsaida. quinq: porticus habens.
In his iacebat multitudo magna languentium.
caecorum claudorum. aridorum. expectantiū
aquae motum. Angelus autem dn̄i. secundū
tempus descendebat in piscinam. & mouebatur
aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post
motionem aquae. sanus fiebat. a quacumq:
tenebatur infirmitate. Erat autem quidā
homo ibi. triginta & octo annos habens in in
firmitate sua. Hunc cum uidisset ihc iacentē.
& cognouisset quia multum iam tempus haberet.
dicit ei. Uis sanus fieri. Respondit ei languid'.

Io xxxviii
ōl xx
ōm xx
Ia xxxvii

N.

Dn̄e· hominem non habeo· ut cū turbata fuerit aq̄·
mittat me in piſcinā· Dum uenio enī ego· aliuſ an
te me deſcendit· Dicit ei ih̄c· Surge tolle grabat
tū tuum· & ambula· Et ſtatim ſanuſ factuſ ē homo·
& ſuſtulit grabattū ſuū & ambulabat· Erat aut̄
ſabbatum in illo die· Dicebant ergo iudaei· illi qui ſa
natuſ fuerat· Sabbatū ē· non licet tibi tollere gra
battum tuum·

lxxxviii x Sol Reſpondit eiſ· Qui me ſanū fecit· ille mihi dixit·
tolle grabattū tuum & ambula· Interrogauer̄ ergo
eum· Quiſ ē ille homo, qui dix̄ tibi, tolle grabattū
tuū & ambula· Iſ aut̄ qui ſanuſ fuerat effectuſ·
neſciebat quiſ eēt· Ih̄c enī· declinauit a turba con
ſtituta in loco· Poſtea inuenit eum ih̄c in tēplo· &
dixit illi· Ecce ſanuſ factuſ eſ· iam noli peccare· ne
deteriuſ tibi aliquid contingat· Abiit ille homo
& nuntiauit iudaeiſ· quia ih̄c eēt· qui fecit eum
ſanū· Ꝓpterea ꝑſequebant̄ iudaei ih̄m· quia haec
faciebat in ſabbato· Ih̄c aut̄· reſpondit eiſ· Pat̄ mſ
uſque modo operatur· & ego operor· Propterea
ergo magiſ quaerebant eū iudaei interficere· quia
non ſolū ſoluebat ſabbatū· ſed & patrē ſuū dicebat
dm̄· aequalē ſe faciens dō· Reſpondit itaq; ih̄c·
& dixit eiſ· Amen amen dico uob· non poteſt
filiuſ facere a ſe quicquā· niſi quod uiderit

patrem facientem· Quęcūq; enim ille fecerit·
hęc & filius similit̄ facit· Pat̄ enī diligit filiū·
& om̄a demonſtrat ei quę ipſe facit; & maiora his
demonſtrabit ei opera· ut uos miremini· Sicut
enī pat̄ ſuſcitat mortuos & uiuificat· ſic & fili
us quos uult uiuificat· Neq; enim pater iu
dicat quemquam· ſed omne iudicium dedit
filio· ut omnes honorificent filium· ſicut
honorificant patrem·

lc xl
mt xcviii
mr xcvi
lc cxvi
lc xli
xcl

Qui non honorificat filium· non honorificat
patrem· qui miſit illum·

Amen amen dico uobis· quia qui uerbum meū au
dit· & credit ei qui miſit me· habet uitā ęt̄nā·
Et in iudicium non uenit· ſed tranſi& a morte
in uitam· Amen amen dico uobis· quia ue
nit hora & nunc ē· quando mortui audient
uocem filii dī· & qui audierint uiuent· Sicut
enim pat̄ habet uitam in ſemetipſo· ſic dedit
& filio uitā habere· in ſemetipſo· Et poteſtatē
dedit ei & iudicium facere· quia filius homi
nis eſt· Nolite mirari hoc· quia uenit hora·
in qua omnes qui in monumentis ſunt· audi
ent uocem eius· Et procedent qui bona fece
runt· in reſurrectionem uitae· Qui uero
mala egerunt· in reſurrectionem iudicii·

Nonpoſſum egoame ipſo facere quicquam· Sicut
audio iudico· & iudicium meum iuſtum eſt·
Io xlii M lxxxv L clxxvi M clxxxii Quianonquero uoluntatem meam· ſeduoluntatē
eiuſ quimiſit me·
Io xliii X Sol Siegoteſtimonium ꝑhibeo deme· teſtimonium
meum nonē· uerum· Aliuſ ē· quiteſtimoniū
ꝑhibet deme· & ſcio quiauerum ē· teſtimoniū
quodꝑhibet deme· Voſ miſiſtiſ adiohannē·
&teſtimoniū ꝑhibuit ueritati· Ego autem·
ñabhomine teſtimonium accipio· Sedhaecdico·
utuoſ ſaluiſitiſ· Illeerat lucerna ardenſ &lucenſ·
Voſautem· uoluiſtiſ exultare adhoram inluce
eiuſ· Egoautem· habeo teſtimoniū maiuſ io
hanne· Opera enim quaededit mihi pat̄ utꝑ
ficiam ea· ipſa opera quaeego facio teſtimoniū
ꝑhibent deme· quiapat̄ memiſit· Etquimi
ſit mepat̄· ipſeteſtimoniū ꝑhibuit deme·
Io xliiii III L xiiii M cxviiii Neq; uocem eiuſ umquā audiſtiſ· neq; ſpeciem
eiuſ uidiſtiſ·
Io xlv X Sol Etuerbum eiuſ nonhabetiſ inuob̄ manenſ·
quia quē miſit ille· huic uoſ noncreditiſ·
Scrutamini ſcripturaſ· quia uoſ putatiſ inip
ſiſ· uitam aetn̄am habere· Et ille ſunt quę
teſtimoniū ꝑhibent deme· & nonuultiſ
uenire adme· utuitam habeatiſ· Claritatē

ab hominib; non accipio · Sed cognoui uos · quia
dilectionē dī non habetis in uobis · Ego ueni in no
mine patris mei · & n̄ accepistis me · Si alius ue
nerit in nomine suo · illum accipietis · Quomo
do potestis uos credere qui gloriam ab inuicē acci
pitis · & gloriam quę a solo ē dō non queritis · No
lite putare · quia ego accusaturus sim uos apud pa
trem · Est qui accusat uos · moyses in quo uos
speratis · Si enim crederetis moysi · crederetis
forsitan & mihi · De me enī ille scripsit · Si autē
illius litteris non creditis · quomodo meis uerbis
credetis ·

VI

Io xlvi
mt I xxiii
mr xxvii
lc xlv

POST HAEC ABIIT IHC TRANS

.vi.

mare galileae · qđ ē tyberiadis · Et sequebatur
eum multitudo magna · quia uidebant signa quae
faciebat · sup his qui infirmabantur ·

Io xlvii
mt III cxlvi
lc xcii

Subiit ergo in montem ihc · & ibi sedebat cū disci
pulis suis ·

Io xlviii
mt I clxxiiii
mr clvi
lc xcix

Erat autē pximum pascha · dies festus iudaeorū ·

Io xlviiii
mt I cxlvii
mr lxviiii
lc xciii

Cum subleuasset ergo oculos ihc · & uidisset quia
multitudo maxima uenit ad eum · dicit ad phi
lippum · Unde ememus panes · ut manducent
hi · Hoc autē dicebat · temptans eum · Ipse
enim sciebat · quid esset facturus · Respon
dit ei philippus · Ducentorum denariorum

paneſ non ſufficiunt eiſ · ut unuſquiſq; modicū quid accipiat · Dicit ei unuſ ex diſcipuliſ eiuſ · andreaſ · frat̄ ſimoniſ petri · Eſt puer unuſ hic · qui habet quinq; paneſ hordeaceoſ · & duoſ piſceſ · Sed haec q̄d ſunt int̄ tantoſ · Dixit ergo ih̄c · Facite homineſ diſcumbere · Erat autem fęnū multum in loco · Diſcubuerunt ergo uiri · numero quaſi quinq; milia · Accepit ergo ih̄c paneſ · & cum gr̄aſ egiſſet · diſtribuit diſcūbentibus · Similit̄ & ex piſcib; · quantum uolebant · Ut aut̄ impleti ſunt · dixit diſcipuliſ ſuiſ · Colligite quę ſuperauer̄ fragmenta · ne pereant · Collegerunt ergo · & impleuerunt duodecim cophinoſ fragmentoꝝ · ex quinq; panib; ordeaceiſ · quae ſup̄ fuerunt hiſ qui manducauerant ·

LI X [illegible]

Illi ergo homineſ cum uidiſſent q̄d fecerat ſignū · dicebant · Quia hic ē̄ uere p̄pheta · qui uenturuſ ē̄ in mundum · Ih̄c ḡ cum cognouiſſet · quia uenturi eſſent ut raperent eum & facerent eum regem ·

LII IIII [illegible]

